Fragmentarium

Tu forte in luculentus uaga carmina gignis
Argutosq; inter latices & musica flabra
I
Ad nos congeries obnubit turbida rerum
Ferrateque premunt milleno milite curae
Legi crepitum dum latrant fora classica turbant
Et trans oceanum ferimur porro usq; niuosus
Cu(m) teneat uas conec parcat cantaber orrens
En quibus indicas ut crinem frondea foebi
Succingam edereue comas augustius umbrent
In quos flamantem iubeas uolitare per ethram
Quin mage pernicies aquilas uis pigra elefantum
Precurrere & uolucremq; pigens testudo molossum
Quam nos rorifluam sectemus carmine lunam
Stamen in curuus per pondera terrea ntem
Dicam quur fesso libescat circulus
Purpureumq; iubar niuei quur tabeat oris
Non illam ut poli credunt nigrantib; antris
Infernas ululu lans mulier predira sub umbras
Detrait altiuago e speculo nec carmine uicta
Vel rore stygias
Uincibilemq; pet(it) clangorem quippe patram
quasitimus limes despiet turbida purus
lmuo lata meat sed uasto corpore tellus
quae medium tenet imo polum ducul(?) na fratris;
desinit umbriferis motis tu sidera casso
pallascit terrae umbra rote du(m) transeat axem
Aggerei uelox cumulis speculoq; ro sancti
fraternas repararet p(er) caelu(m) libera flammis
sed quia mira putas circum uis maxima solis
bis nouies maior clueat quam terreus orbis
non circum cingat terrestres lumine metas
sumeratum rationis opus namq; aspice foedu(s)
qu(od) sublimis erat conubet aper aurea mundi
quamq; humilem terram conlustret curib; altos
Hic ingens utcumq; libet ut desup igneis
Sparserit obliquas uel cum radiauerit axe
In terram radii franguntur cetera solis
lumina qua maior iaculis radiantib; extet
Nil optante globo tendunt p(er) inania uasta
Donec p(er) ramidis p(er)agat uicta umbra cacumen
per quam cum foede gelidosa cerucida iugales
Infima uicinis non numqua(m) decolor umbris
fratre caret uacuoq; sanguis deficit ore

Cur autem sola spoliet(ur) lumine luna
Nil uero mirum mirum est quippe illam lucis egente
lux aliena fouet quam cu(m) pars proxima morte
Inuidet & spectat radios male cerula fratris
Ad coros astrorum reliquus non tangitur umbris
Et proprium cunctis iubar est nec sole rubescunt
Sed sudum
porro ultra solem rapitur cum uertice caeli
Iam cur semenstri non semper palleat orbe
In f(...)et(...)i prestante lico tramite cursu
Namq; uagans errore rato cu(m) deuiat ortos
Dum legit anfractus metam sole minus extat
Intorquetq; peplum noctis radiatq; sororem
Hec eadem ratio est subitis ubi franguntur umbris
Augusti solis rutilum iubar indiga lucis
Quando inter terram & solem rota corporis alme
Luna meat fratrem rectis obiectib; argens

Arcas qui et bootis custos plaustri habet aut stell(as)
in dextra manu que non occidunt IIII in cap(ite) splen-
didam I in utroq; humero I in utrisq; mamillis I
in dextro cubito IIII in sinistro I in utroq; genu I s(unt) omn(es) XX
Virgo qui et iustitia appellatur habet stell(as) in
caput obscuram ualde I in utrisq; alis II in utroq;
cubito I in utrisq; manib; I in penula uestimenti
VI in utroq; pede I sunt omnes XXII
Ex geminis prior qui precedit ac tencro hab(et) stell(as)
in cap(ite) splendida(m) I in utrisq; humeris splendida(m) I
in utroq; genu I sunt omnes X
Alterutro habet in capite stell(am) splend(idam) I in utroq;
femore I in humero sinistro I in dorso III sunt omnes
VII inter ambos uero XII
Cancer hab(et) stell(as) splend(idas) in testo II in dextris pedi-
b; p(er) singulos I in sinistro priori I inter cios I
In ore I in dextro labio III in sinistro II s(unt) om(ne)s XIIII
Leo hab(et) stell(as) in capite III in ceruice II in pectore I
in dorso III in cauda summitate I splendidam
sub pectore II in anteriore pede splend(idam) I
sunt omnes XIII
Agitator hab(et) stell(as) in cap(ite) I in utroq; humero I
sed ea e(st) clarior que in sinistro humero e(st) in utrisq;
cubitis I in dextra manu I in sinistra manu summi-
tate II et sup ipso brachio edulos II et in utroq;
edulo stellam I sunt omnes X

quinti

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. F 219 II, 4r – Isidorus, De natura rerum; De signis coeli; Carmen Sisebuti (https://fragmentarium.ms/view/page/F-oe12/3513/36517)